



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

LXI. Erzbischof Ulrichs von Magdeburg Ablassbrief für die Kapelle zu Hildagesburg, vom 28. April 1290.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

id sue uoluntatis prebeat assensum, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentibus scriptis nostra sigilla duximus apponenda. Datum Rome, Anno domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo nono, Pontificatus domini Nicolai III. anno secundo, Indictione tertia.

**LXI. Erzbischof Ulrichs von Magdeburg Ablassbrief für die Kapelle zu Hildagesburg, vom 28. April 1290.**

Ulricus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, uniuersis christi fidelibus presens scriptum uisuris salutem in domino sempiternam. Gratum obsequium et deo pium totiens impendere opinamur, quotiens mentes fidelium ad pietatis ac deuotionis opera excitamus. Cupientes igitur, ut Cappella sancti Nicolai in hiltegesburgh nostre dyocesis, ubi dominus per sancti Nicolai merita multa operatur miracula, congruis honoribus frequentetur et a cunctis christi fidelibus veneretur, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui etc. (wörtlich wie in der vorstehenden Urkunde bis —) dictam cappellam deuote uisitauerint et causa deuotionis acceperint uel qui manus dicte cappelle porrexerint adiutrices, de omni potentis dei misericordia meritisque gloriose uirginis Marie atque beatorum petri et pauli apostolorum, necnon sancti Mauricii sociorumque ejus consili patrociniis, auctoritate eciam ac nostra, quadraginta dies et karenam de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Confirmantes nichilominus omnes eas indulgentias dicte cappelle ab aliis patribus indultas, et in futurum etiam concedendas. In Cuius rei testimonium presens scriptum duximus sigillandum. Datum Magdeburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. In die uitalis et pamphili, pontificatus nostri anno septimo.

**LXII. Das Stift Gramzow nimmt das Stift Stendal in seine Fraternität auf, am 7. Juni 1290.**

Honorabilibus uiris, et in Christo reuerendis domino Decano totique capitulo ecclesie Steindaliensis Th. dei gratia prepositus, Johannes prior totusque conventus ecclesie Gramicowensis cum deuotis oracionibus obsequiosam ad omnia uoluntatem. Cum breues dies hominis sint et hec uita fragilis in nobis dinoscatur, ne inimica nobis mors tanquam in nocte ita ueniens quemquam preueniat ad salutis est remedia properandum etc. — Hinc est, quod de uestra uniuersitate de spe futuri boni consili in fide domini nostri Jesu christi — omnes personas nunc in capitulo uidentes uestre ecclesie et eciam in futuro eligendas et insituendas in perpetuum ad idem, in nostram confraternitatem trahimus per presentes facientes uos et successores uestros in perpetuum et nunc participes omnium honorum, que per personas presentes in ewumque futuros in ecclesia nostra ubicunque hoc fecerint largitoris omnium bonorum ad hoc auxilio uocato, memoriam eciam uestram tanquam confratrum nostrorum in matutinis laudibus, in canonicis horis, in missarum sollempnitatibus, uigiliis et aliis specialibus oracionibus cum elemofinis fideliter faciemus, anniuersarium quoque uestrum et uestrorum in perpetuum, dummodo dies mortis eorum nobis intimetur, tanquam nostri conuocantibus uigiliis, missarum sollempnitatibus, priuatis oracionibus, disciplinis et omnibus bonis operibus sicut poterimus, ut consuetum est, feliciter peragemus. Et nunc petitum munus propter meritum, quod precedit, recipere cupientes,